

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pax 1  
cum uariis

Sicut multum nocet si unitas desit bonis, ita ualde est noxium si non desit malis. Si ergo peruersorum nequicia in pace iungitur, profecto eorum malis actibus robur augetur, quia quo sibi in malicia congruunt, eo se robustius bonorum afflictionibus illidunt.

Gregorius in pastorali.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

sibi in malicia] in malicia sibi M; illidunt] illudunt C M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>